



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Fridolinus C. 6. Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

quoque flagris ad columnam religatus , & ad interencionem flagellandus , n̄ invitum tormentis Christiani eripuissent? Superstitionis hostis maximus pālām orcum fateri coēgit , nihil Numinis sibi inesse , fueruntque mali dæmones ludus CONONI . Certè pro imperio suo in illos , alias agris custodes addidit , alias testis clausos terrā abdidit , & orbe terrarum vel mirante velridente , ædes inædificavit pessimis fundamentis . Ex Menais .

Fides vivida & catholica est , quæ velut quoddam Æternitatis exemplar præterita simul & præsentia & futura sīnu quodam vastissimo comprehendit ; ut nihil ei prætereat , nihil pereat , nihil præeat . S.Bern.serm.6. de Vig.Nat.Christ.

S. FRIDOLINUS C. 6.Martii.

Felices exules , qui ut patriam quærant , exeunt patriā ! His FRIDOLINVM jure accenseas . Hibernus domo ex primā nobilitate , tunc gentilitia decora se aucturum credidit , si superstitionem expugnatū iret , patriamque fidem extra patriam proferret . Igitur fidei signa Rauracis aliisque Rheni accolit intulit , & rebelles nuper cælo animos longè plurimos debellavit . Sub hæc visum est rei Christianæ tutandæ munitionem cœnobium exædificare . Id , quod hodie videmus , Sæckingense est , cui condendo Ursus vir apprimè nobilis patrimonium suum devovit . At invidia etiam hic cælo divitias suas invidit . Doluit frater Ursi Landumphus in hereditatem paternam secum DEVU venire , & homo , fratre demortuo , ausus est Deo sua eripere . Magis FRIDOLINVS indoluit ; & , quia testis è vivis nemo unus suppeditabat , ad mortuos provocavit . Audit in tumulo Ursus , prodit & cum

FRIDO-

FRIDOLINO millia passuum V.Ranckurchium (ibi enim fortè jus Prætor dicebat) contendit, testis utique omni exceptione major. Nempe minimè placere Landulpho judicio cum morte contendere; ultrò etiam suam portionem heredi Deo cedere, & assēm jam promittere, qui semissēm nuper negaverat. Quid ad ista vos, quibus hodie hereditate strā cælum excludere familiare jam est? imò vos, quid? qui donatam à Majoribus vestris erēptum iterum itis. Ad illos, ad mortuos inquam provocant sacra & sacri homines. Non surgunt, dicitis? at timete. Surgeant. *Ex vita.*

Considera quām multi nunc moriuntur, quibus si una hora ad pœnitentiā concederetur, qua tibi concessa est, quomodo per Altaria & quām festinanter tandem suspirarent, donec peccatorum veniam à Deo consequi mererentur. S.Bern.l.de Int.Dom.c.i.

S. COLETA V. 6.Martii.

COLETA in vivis jam ea spectacula meruit, quæ puris mentibus CHRISTVS olim promisit, ut quæ hunc & Cælites alios familiares quotidie in oculis habuit. Quare vaticiniis ac miraculis clara, & à D. Joanne Apostolo, anulo CHRISTO desponsa, ab hoc ipso tandem in cælos deduci visa est. Epulum Eucharisticum ingenti fame appetiit; & hinc, favore in paucis memorando, eundem convivatorem & cibum quandoque natæ, CHRISTVM è CHRISTI manu accepit. Aspera quæque ferre ejus amore ita avebat, ut omnes Martyrum cruciatus lubens volens persenserit, toties prope Martyr dicenda, quot Martyres cælum numerat. Sed ad id impulit nimirum Servator, qui ei tormenta, quæ exantlasset, quibusque membris,